

cia vestimenta et imposuit duobus pueris suis: qui et portauerant coram eo. Cumque venisset et iam vesper tulerit de manu eorum et reposuit in domo: dimisitque viros et abierunt: ipse autem ingressus stetit coram domino suo. Et dixit beliseus: Unde venis giezi? Qui respondit: Non inuit seruus tuus quocumque. At ille ait: Nonne cor meum in presenti erat: quando reuersus est homo de curru suo in occursum tuum? Nunc igitur accepisti argentum et accepisti vestes: ut emas oliueta et vineas et oves et boues et seruos et ancillas. Sed et lepra naaman adhaerebit tibi et semini tuo usque in sempiternum. Et egressus est quasi nix ab eo leprosus.

**CVI.**

**D**ixerunt autem filii prophetae ad beliseum. Ecce locus in quo habitamus coram te angustus est nobis. Camus usque ad iordanem et tollat singuli de silua materias singulas: ut edificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit: Ite. Et ait vnus ex illis. Veni ergo et tu cum seruis tuis: Respondit. Ego veniam. Et abiit cum eis. Cumque venissent ad iordanem: cederunt ligna. Accidit autem: ut cum vnus materiam succidisset: caderet ferrum securis in aqua. Exclamavitque ille et ait: Heu heu domine mi et hoc ipsum munus acceperam. Dixit autem homo dei. Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Percidit ergo lignum: et misit illuc. Paravitque ferrum. Et ait: Tolle. Qui extendit manum: et tulit illud. Rex autem syrie pugnabat contra israel: consiliumque iniecit cum seruis suis dicens: In loco illo et illo ponamus insidias. Misit itaque vir dei ad regem israel dicens. Caue ne transeas in locum illum quia ibi syrii insidiosi sunt. Misit itaque rex israel ad locum quem dixerat ei vir dei et praecipit ei: et observavit se ibi non semel

neque bis. Conturbatumque est cor regis syrie pro hac re: et conuocatis seruis suis ait: Quare non indicatis mihi quis perditor mei sit apud regem israel? Dixitque vnus seruorum eius. Nequaquam domine mi rex: sed beliseus propheta qui est in israel indicat regi israel omnia verba quaecumque locutus fueris in concilio tuo. Dixitque eis. Ite et videte vbi sit: ut mittam et capiam eum. Annunciauerunt ei dicentes: Ecce in dothaim. Misit ergo illuc equos et currus et robur exercitus. Qui cum venissent nocte: circumdederunt civitatem. Confurgens autem diluculo minister viri dei egressus est: viditque exercitum in circuitu civitatis et equos et currus. Nunciavitque ei dicens: Heu heu heu domine mi quid faciemus? At ille respondit. Noli timere. Plures enim nobiscum sunt: quam cum illis. Cumque orasset beliseus ait: Domine: aperi oculos pueri huius ut videat. Et aperuit dominus oculos pueri: et vidit: quod ecce mons plenus equorum et currum igneorum in circuitu belisei. Hostes vero descenderunt ad eum. Porro beliseus oravit ad dominum dicens: Percute obsecro gentem hanc cecitate. Percussitque eos dominus ne viderent: iuxta verbum belisei. Dixit autem ad eos beliseus. Non est hec via: neque ista est civitas. Sequimini me: et ostendam vobis virum quem queritis. Dixit ergo eos in samariam. Cumque ingressi fuissent in samariam: dixit beliseus. Domine: aperi oculos istorum ut videant. Aperuitque dominus oculos eorum: et viderunt se esse in medio samarie. Dixitque rex israel ad beliseum. cum vidisset eos. Misit quid percutiam eos pater mi? Et ille ait: Non percuties. Neque enim cepisti eos gladio et arcu tuo: ut percutias. Sed pone panem et aquam coram eis: ut comedant et bibant: et vadant ad dominum suum. Appositaque est eis ab ortu magna